



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

2 Nunquid cambia quæ licet ad primas nundinas fiant tempore & loco
dista[n]tes, tamen quo longius distant. pretiosus fiunt, sint licita

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

nia inopia laboratur in alia vero vbertate fruatur. In eodem autem regno discrimen hoc haberi non potest, nisi habita ratione diuersorum temporum, ut si modo maior sit copia & timeatur in futuris nundinis inopia, & sub hac spe cambii, usura esset ratione temporis, ut superiori quaestione explicatum est.

ARTICVLVS II.

Utrum cambia qua licet at primas nundinas fiant tempore loco distantes tamē quo longius distant pretiosius fiant sint licita.

Postremus denique cambiorum scrupulus est, vtrum quo proximae nundinae ab eius loci distantius abfunt, pretiosius fieri possit cambium? Et arguitur a parte affirmatiua. Cambire in primas nundinas quanto cumque tempore distantes, nulla est usura, ut supra declaratum est. Quod si fiant extra regnum, potest maior pecunia pro minori, & e conuerso, cambiri, ut est etiam definitum, quo autem distantes sunt tempore nundinae, plures sunt qui cambiorum pecuniam perant ergo nihil obstant quo minus cambium pretiosius fieri possit. Quando quidem vberiorum recipientium numerum pretium cambiorum auget, si ex corrupta radice non pullulet. In contrarium est quod augmentum hoc prouenire videtur ex hoc quod diutius expectatur solutio, quod usurae testimonium est.

Hunc articulum ob ea potissimum cambii a adieci mus, quae apud nostros in more sunt, nempe propter cambia quae inter Castellanos ac Lusitanos celebrantur. E nimvero si cambium ad nundinas eiusdem provinciae fiat, iam satis dictum est non esse licitum plus recipere, propterea quod nundinae plus distent. Nam illic sola temporis ratio habetur. Quando vero cambium extra provinciam fit, tunc est dubium, eo quod vel valor pecuniae diuersus in altero loco, vel translatio videatur cambium iustificare dum nundinae distantes sunt tempore.

Praxis ergo cambiendi a nobis a Lusitaniam est, quod cum illic non sint nundinae sicut de Roma dictum est, non cambiunt nisi ad certum tempus. Diuersimode tamen a nobis ad ipsos quam e conuerso. Campfo

ria enim pecunia quae Metinae suscipitur, soluenda est. Vlyssipponae post integrum mensem, & cum illic, ut de Flandria hoc tempore dictum est, non sit tanta pecuniae copia, plus apud illos quam apud nostros stimatur, ob idque ille qui Metinae mille numeravit, licet aliquantulo minus reciperet Vlyssipponae, tamen sicuti de illo diximus, quae Metinae modo munerat & recipiat in Flandria, tantum recipit. Et si tantundem in forma recipiat, plus tamen recipit in valore. Et ideo cambii lingua nostra vocatur, Ad par, hoc est quod idem prosum recipitur quod confertur, cum tamen illud par Lusitaniae valore sit maius. Sed dicere possunt mercatores, ratione translationis pecuniae illud lucrum esse licitum. Ita tamen in remissione quae illinc ad nos fit, venenosior later anguis, Remittitur enim ad primas nostratum nundinas. Sed quo plus distant, plus mercedis exigitur, & solent plurimum quatuor mensium inducitur concedi. Obviandum autem campfores non illud plus recipere propter tempus, sed quia plures tunc sunt qui cambia recipiant. Et quidem Caietan. in illo suo celebri opusculo, cap. 7. huic campforum causae aperte fauet, admonet siquidem diligenter notandum non esse sufficiens signum iniusti contractus minus dare pro cambio, dum tempus multum interiacet ante nundinas, plusque quando proximae sunt nundinae, hoc est campfores qui prius numerat minus dare quando distantes sunt nundinae, plus autem quando sunt propinquiores, ut eandem recipiat pecuniam, id est plus lucrari propter longius dilatum tempus. Sic enim est obscura eius litera explicanda. Nam forsitan, inquit, haec consuetudo introduci potuit, propterea quod ad longius tempus pauciores sunt campfores qui locum habent venditorum, pluresque cambia recipientes. At vero pro obiecto nisi ego grauitur decipior, non possum non mutari quod hanc indulgentiam viri tracta eruditionis campforibus obtulerit. Ad quaestionem ergo duabus conclusionibus respondetur, ad cambia quae ad Lusitaniam sunt peculiariter accommodatis. Prius. In pretium missionis pecuniae hinc illic recipi quidpiam nequit, nisi quanta aestimaretur simplex translatam pecuniam, iuxta formam explicatam quaestione secunda. Itaque si centum ducati qui Metinae

Expla-
natur q-
stio pro
posita.

nae mille centum argenteis regalibus aestimantur, valeat Vlyssipponae mille foisan trecentum campior non potest recipere Vlyssipponae nisi mille centum, & tantillū forte insuper quantum valeret illa translatio, quae profecto dum per literas fit, non magno aestimanda est. Quocirca cum, ut vltus habet, longe plus recipiatur, eiusmodi cambria culpa non careat. Posterior conclusio, Neq. remissio pecuniae illinc ad nos maiori prorsus digna est quam eiusdem pecuniae transportatio valere. Has simul conclusiones, vnica ratio ex superiorib. collecta satis probat. Pecunia enim vnus loci non potest in alium cabiri nisi altero duorum modorū, vel ratione translationis pecuniae, vel quia in vno loco propter eius raritatem pluris aestimatur quam in altero, in quorum neutro nulla haberi potest temporis ratio, sed laboris in transportando, & praesentis aestimationis amborum locorū. Sed resurgit hic lucentius ratio occluditur quae magis via palliandi vsuras, propterea quod nullum his patet suffugium ad nundinas, quae quidem in Lusitania non fiunt, ut exspectetur quantum illic sit valitura pecunia. Praeterea quod in remissione inde ad nos manifesta committatur vsura palam inde fit, quod quāto maius est temporis interstitium vsq. ad nundinas, maioris aestimantur cambria. Et quo ad argumētum a nobis praefactum, ac perinde ad opinionem Caietani, respondeamus. Manifestum est quod numerosior multitudo recipientium cambria non aliunde enim nascitur quam quod laxiores indulgentur ad soluendum induciae. Quare illa de causa augere praetia, manifesta est iniquitas. Scetus si(vi. questione praecedenti diximus) idem receptorum numerus aliunde augetur. Praeterea, & inde de legitur vsu a facies quod campiores Metinenses propterea ad id cogunt cambiorum receptores ad soluendum primo mēse, ut inde postea longior sit temporis distātia vsque ad proximam nundinas ut locupletius remittantur. Sed rogan: forte campiores quomodo cambiant? quia non potest primo mēse sibi Vlyssipponae pecunia solui in numero, propter eius qui illic est raritatem, sed in remissis chirographis, & ideo coguntur illo tempore cambire quo proxima nundinae longe distant. Respondetur autem ita iuste cambire posse, si nullam pror-

sus temporis rationem hēant, hoc est eodē prorsus pretio cambiant, dum nundinae per quatuor menses absunt ac si intra mensem essent. Haud equidem nescio quam plurimos ab alijs multiplicari cambiorū modos, quos nos consilio misso fecimus tum quod adeo sint obscuri vt nulla enis possint lectorē informare, tum etiam quod omnia summatim fundamenta me arbitror tradidisse, per quae de singulis potest quisq. oculatissimus iudicare. Nam fateor, nisi qui mediocri fuerint ingenij, & attentā consideratione rē fuerint speculati, praeterea ab ipsis campioribus, instructi, non possunt ad tanta quanta hac arte accidunt ambigua, respondere. Bellorum enim calamitas, quam ciuium peccata in republicam inuehere solent, in causa potissimū esse consuevit, vt reges pecuniam vndique & maxime ex famolis nundinis cambiorū via corradāt. Atque hac de causa cambiorum turba & saepe praeter legem permittitur. Sed fieret multo consultius si in tali calamitate, Rex secum tantum eandem sine ret cambria fieri, ceteris vero interdiceret, nam cum non sit par in ceteris, ac in ipso necessitas, non debet fieri consequens, vt si cum rege fiant, fieri debeāt cum ceteris. Quamuis quae personatae vsurae sunt, neq. cum rege licitae sunt.

De ministris autem cambiorum, per ea quae superiori libro de viuariorum famulis dicta sunt, iudicari potest, quamuis in cābijs celebrandi noua quaequam de illis ad notanda supersunt. Et enim dubium an qui cābium nomine aliorum recipit, iure id faciat. Exempli gratia. Sunt locupletissimi mercatores qui regi potissimum pecunia succurrunt, neq. in genti senore, sed aiunt tanquam eius ministros se ex multis locis campioriam colligere pecuniam, quā ei contribuant, & ideo mundos esse ab omni vsurae labe, si quis vsuras soluunt ab ipso recipiant. Hic autem multa sunt consideranda, Accipere enim nomine regis dupliciter contingit, immo vno vno tantum contingit re vera modo, sed ipsi alterum fingunt. Ille inquam proprie cambium accipit nomine regis, aut alius magnatis, aut mercatoris, qui tanquam eius famulis id exequitur, pura quia eius oconomus, est vel a secretis, &c. itaq. ipse non sit debitor cambij, quod recipit, neq. postea tanquam suum tribuit regi, sed rex est qui per illum

De cambiorum ministris.

Dubiū.

Solutio.

R. 4 recipit.

Probo vniuersaliter.

Scrupulis.

Solutio.

recipit. Et talis minister nullam vsuram committit, sed accipit vice domini ad vsuras, quod vigente necessitate licite fit. Sed alius est qui licet fingitur minister regis, non est, tamen, nempe mercator aut campfor qui aliunde ad vsuras accipit vt regi sub eisdem vel maioribus tribuat. Exempli gratia Petrus accipit a Paulo & a Ioanne &c & dat regi, itaque rex non cambit cum Paulo vel Ioanne, sed cum Petro, qui fit dominus pecunia. Hic ergo personatus fit regis minister, cum officium campforis exercetur & ideo accipere ad vsuras, peccatum illi est, non solum quia id facit absque propria necessitate, verum quia ad vsurum illicitum accipit, ac perinde ea sub vsuris regi tribuere, aliud est ei nouum peccatum vsuræ. Id quod ex alio eorum vii fit etiã apertius. At ut enim quod qua ratione possunt aliunde sub fenore pecunias disquirere, quas regi tribuant, possunt & suas tribuere proprias. Hoc ergo non faciunt nomine alterius, sed proprio. Quare de istis citra dubium vllum, si cambia faciant vsuraria, vere vsurarij sunt. De cambiorum autem proxenetis, hoc est de intercurrentibus constituentibusque inter partes cambiorum pretia, non dubito quin adeo sint vsurarium ministri, vt eodem conuoluantur viro, quamuis peius illi qui factores campforum sunt, & ipsorum nomine cambia faciunt. De his ergo factoribus qui aliorum nomine cambia faciunt, magna est dubitandi ratio, quando & quomodo ad restitutionem teneantur. Ad quod ideo in calce huius disputationis respondeo: re pro captu nostro est operæ pretium. Et quidem si sciantes ad prudentes vsuraria cambia faciant, ad restitutionem indubie tenentur, idque ratione acceptationis quæ illis peccatum est, etiam dum nihil sibi lucri acquisierint. Si autem ignorant: et bona fide, arbitantes cambia esse licita, vsque adeo, vt (si accidere potest) ab omni sint culpa incolumes, liquidum est non teneri ratione acceptationis, teneri tamen videntur ratione rei acceptæ, cum postea cambiorum iniquitatem rescuerint. Saltem dubio procul tenentur,

quando aliquid lucri apud ipsos tenentur. Si vero nihil illis prorsus ex lucro proceperint, stare in primis tenentur solentissime. Operam vt illi quorum nomine cambia fecerunt, restituant. Si autem id perficere nequeant, tunc meritiſſimo dubitatur, an ipse ipsi restituere teneantur. Neque dubium facilis solutionis est. Enimvero quod nulla tenus teneantur, ex illis radicibus arguere non potest. Quarto sub titulo de rest. iecimus. Haud enim aliud de eorum ex altero duorum capitum vinculum restitutionis nascitur, scilicet aut ratione acceptationis, aut ratione rei acceptæ. Qui autem accipiendo nullam prorsus committit culpam, non tenetur ratione acceptationis, nisi in mutuo & similibus, vbi promissus reddere. Hoc patet vtroque iure, nam tota lex Aquilia, quæ de iniur. & damno dato scripta est, nemini actionem dat nisi contra eum qui in culpa fuerit. Et extra, de iniur. & damno dato, can. si culpa non dicitur si causa tua sed si culpa tua datum est damnum. Vnde neque in practica, neque in foro exterioris iudicij, vllus damni aut iniuriæ eodem natus nisi qui in culpa fuerit saltem leuissima. Accidit & quod supra diximus, quod si quis a latrone partem furti dono susceperit quod consumpsit, neque factus fuerit inde dñor, nullatenus tenentur, isti ergo factores ratione acceptationis non tenentur, neque apparet teneri ratione rei acceptæ postquam nihil prorsus lucri eos tetigit. Hæc argumenta hanc profecto negatiuam partem concluderent, nisi quod ignorantia iuris nunquam, aut vix vna, prorsus excusat, nisi homo sit agrestis, & non valde reconditum. Cambiorum autem vsus adeo publicus male audit, vt nemo sibi prætexere queat excusationis clypeum, nisi peritos bona fide consula, quin vero peritissimos atq; homines periculosissima artem esse. Quocirca ego non audeam ictus prorsus saltem a toto excusare. Sed si soluendo sunt, tenentur creditores conuenire, & cum ipsis dote componere vt aliquid soluant, aliquid vero eius condonetur.

De cambiorum proxenetis.

Finis Libri Sexti, de Iustitia & iure,